

- dominam Chyerannam relictam Mizellini balistarij facere quamdam cartam Antonio Jalina nepoti dicte done Chyeranne de yperperis 3 mille 3 centum sub dicta forma uerborum, quam cartam idem notarius tunc notare non potuit propter aliqua que facere habebat pro dominatione Crete set dixit se bene intellexisse negocium et quod ipse cartam notaret et postea predictis Marco et done Chyeranne ostenderet ut illam corrigere possent sicuti utrique parti placeret. Et dicatur per dictum Marcum quod dictus Franciscus notarius per errores dictam cartam in publicam formam redigit in alia forma uerborum et ipsam completam et roboratam tradidit dicto Antonio in maximum damnum et preiudicium dicti Marci Tanto, quia dictus Anthonius cum dicta carta persequitur dictum Marcum, qui iam soluit sibi Anthonio ultra yperpera II mille nec regressum habere potest contra dictam dominam Chyerannam pro sua parte uigore cuiusdam sententiam factam per iudices proprij Candide. Et idem Marcus super hijs recursum habuerit ad ducam et consiliarios Crete et nullum umquam remedium potuerit inuenire. Et conueniens sit nostris fidelibus in suis iuribus subuenire; uadit pars quod scribatur et committatur duche et consiliarijs Crete quod predictum factum audire et examinare debeant, habendo plenam libertatem in dicto facto, faciendi, annullandi et affirmandi, sicut eis de jure uidebitur faciendum non obstantibus aliquibus terminationibus seu scriptis, factis in negocio suprascripto.

14

Πρεσβεία Τιμαριούχων Χάνδακος 1344.

Πρεσβευτής Ἀλέξιος Κορνάρος.

Περὶ διαφορῶν ἀντικειμένων.

1^{ον} Ζητοῦσι τὴν προστασίαν τῆς Κυριαρχίας.

2^{ον} Ἐκφράζουσι τὴν χαρὰν των διὰ τὴν ἐκλογὴν τοῦ Δόγη.

Ἀπαντᾶται εἰς τὰ δύο ταῦτα μετ' εὐχαριστιῶν κατ' ἀρέσκειαν τῆς κυριαρχίας.

3^{ον} Αἰτοῦνται περιορισμὸν τῶν ὀφειλομένων καὶ τὴν κατάργησιν τῶν ποινῶν τῶν ἐπιβαλλομένων διὰ τὴν καθυστέρησιν ἔνεκα τῆς ἐξογκώσεως αὐτῶν ὑπὸ τῆς τοκογλυφίας.

Ἀπαντᾶται. Ὅτι συμφώνως πρὸς προγενεστέραν ἀπόφασιν, ἀπὸ ἐξαιτίας περίπου ληφθεῖσαν, ὁ τόκος δὲν δύναται νὰ εἶναι ἀνώτερος τοῦ 12%, πάντα δὲ τὰ συμβόλαια τὰ ὁποῖα συνετάγησαν καὶ λήγουσι μέχρι τῶν καλλενδῶν τοῦ μηνὸς Μαΐου τοῦ 1345 ὑπ' αὐτοὺς τοὺς ὅρους ἐγένοντο. Ἀπὸ τῆς ἡμερομηνίας ταύτης ὁ τόκος περιορίζεται εἰς 10%, ἐὰν δὲ τὸ κεφάλαιον ἀποδοθῇ κατὰ δόσεις ἐτησίας ἐντὸς ἐπταετίας, τότε ἐκάστη δόσις θὰ πληρώνεται μετὰ τοῦ τόκου τοῦ ἀπομένοντος κεφαλαίου πρὸς 8%. Ἐξαιροῦνται τοῦ εὐεργετήματος τὰ χρῆμα τὰ προερχόμενα λόγῳ προικῶς, ὑπὲρ χηρῶν, ἀνηλίκων, ὀρφανῶν. Κανονιζομένων οὕτω τῶν χρῶν οἱ δυστροποῦντες θὰ καταδιώκονται, πωλουμένων ἐν δημοσίῳ πλειστηριασμῷ πρῶτον μὲν τῶν κινητῶν, μὴ ἐξαρκούντων δὲ τούτων καὶ τῶν ἀκινήτων. Ἐὰν δὲ καὶ ταῦτα δὲν ἤθελον ἐξηρκέσῃ οἱ ὀφειλέται θὰ φυλακίζονται μέχρις ὁλοσχεροῦς ἐξοφλήσεως ἢ συμβιβασμοῦ μετὰ τῶν πιστωτῶν. Ἡ ἀπόφασις αὕτη δὲν περιορίζεται



μόνον διὰ τοὺς τιμαριούχους Χάνδακος, ἀλλ' ἐπεκτείνεται εἰς πάντας τοὺς τιμαριούχους. Ἐπίσης νομοθετεῖται, ὅτι ἐάν τις τῶν ἀνωτέρω κατηγοριῶν ἤθελε συνάψῃ νέα δάνεια, δὲν εὐρίσκεται δὲ εἰς κατάστασιν νὰ ἐξοφλήσῃ οὔτε τὰ παλαιά, οὔτε τὰ νέα, ἐν τοιαύτῃ περιπτώσει ὀφείλει νὰ ἐξοφλήσῃ πρῶτον μὲν τὰ παλαιὰ μετὰ ταῦτα δὲ τὰ νέα. 1344, Ἰουλίου 5.

- 4^{ον} Αἰτοῦνται τὴν ἀκύρωσιν τῆς ἐτησίᾳς συνεισφορᾶς τῶν 6.000 ὑπερπύρων ὑπὲρ τοῦ ἐξοπλισμοῦ στόλου κατὰ τῶν Τούρκων.

Ἀπαντᾶται, ὅτι τὸ τοιοῦτον δὲν εἶναι δυνατόν καὶ διατάσσονται ὁ δούξ καὶ οἱ σύμβουλοι νὰ εἰσπράττωσι ὑπέρπυρα 3.000 ὡς μερίδιον τῶν τιμαριούχων Χάνδακος διὰ τὰς ἱππαρχίας των καὶ ὑπέρπυρα 1.500 ὡς μερίδιον τῶν πολιτῶν καὶ τῶν Ἰουδαίων, συνιστῶντες ἐπιτροπὴν ἐκ πέντε μέλων καταλλήλων, τὰ ὅποια νὰ κατανεύωσιν ἐπὶ τὸ δικαιότερον τὴν συνεισφορὰν ἐκάστου. Ἡ ἐν λόγῳ συνεισφορὰ θέλει ἐνεργεῖσθαι κατὰ μῆνα Σεπτέμβριον ἐκάστου ἔτους τὴν ἑορτὴν τοῦ Ἁγίου Μιχαήλ. Τὰ οὕτω δὲ εἰσπραττόμενα θέλουσι διατίθεσθαι συμφώνως πρὸς τὰς διαταγὰς τῆς Αὐθεντίας. Τὰ δὲ ὑπολειπόμενα 1.500 ὑπέρπυρα, ταῦτα θὰ εἰσπραττόνται ἐκ τῆς ἐξοχῆς. 1344, Ἰουλίου 8.

- 5^{ον} Αἰτοῦνται ὅπως ὅταν ὁμολογοῦσι τὴν ὀφειλὴν των καὶ ἐξ οἰκείας βουλήσεως θελήσωσι νὰ δικασθῶσι νὰ μὴ ὑπόκεινται εἰς ποινὴν ποσοστῶν.

Ἀπαντᾶται, ὅτι οὐδεὶς νεωτερισμὸς θέλει ἐνεργηθεῖ μέχρι τοῦ προσεχοῦς Μαΐου 1345, διότι οἱ δικασταὶ καὶ οἱ δικηγόροι οἱ ἐκδικάζοντες τοιαύτας ὑποθέσεις ἐδίκασαν ἐπὶ τῇ προϋποθέσει τῶν ποσοστῶν. Μετὰ τὴν προθεσμίαν ταύτην, οἱ ὁμολογοῦντες τὸ χρέος των καὶ δικαζόμενοι ἐκουσίως δὲν θὰ ὑπόκεινται εἰς τὴν ποινὴν τῶν ποσοστῶν. Οἱ δὲ ἐνιστάμενοι ἢ ἐρήμην δικαζόμενοι θὰ ὑπόκεινται εἰς τὴν ποινὴν ταύτην. Πρὸς ἐξόφλησιν δὲ τῆς ὀφειλῆς τῶν οὕτω δικαζομένων, εἶναι ὑποκείμενα τὰ κινητὰ καὶ ἀκίνητα αὐτῶν, ἐν ἣ δὲ περιπτώσει δὲν ἤθελον ἐπαρκέσῃ, ἐκπλειστηριάζονται τὰ ὄπλα αὐτῶν καὶ οἱ ἵπποι, οὗτοι δὲ θὰ ὑπόκεινται εἰς προσωπικὴν κράτησιν.

- 6^{ον} Αἰτοῦνται ὅπως αἱ ποιναὶ αἱ ἐπιβαλλόμεναι διὰ τὰς ἐλλείψεις τῶν ἐξοπλισμῶν τῶν τιμαριούχων ἐπανέλθωσι, ὡς ἦσαν ἐπὶ τῆς δουκείας Ἀνδρέου Κορνάρου (1341).

Ἀπαντᾶται, ὅτι ὁ ἐν λόγῳ δούξ Κρήτης καλῶς ἔπραξε διότι τοῦτο ἀπῆτει ἢ τότε κατάστασις τῆς νήσου, ἔνεκα τῆς ἐπαναστάσεως. Οἱ τιμαριούχοι ὅπως ἀμύνονται τῶν ἐπαναστατῶν εἶχον ἀνάγκην ὑποστηρίξεως. Ἐπειδὴ ὁμως ἡ αἰτία ἔπαυσε νὰ ὑφίσταται, δὲν ὑπάρχει λόγος νὰ παραμείνῃ ἢ αὐτὴ κατάστασις, διὰ τοῦτο ἕκαστος τιμαριούχος ὀφείλει νὰ συνεισφέρῃ εἰς ἀκέραιον τοὺς ἐξοπλισμούς. Ἐν περιπτώσει ὁμως ἐλλείψεων ἐπιβάλλονται αἱ ἐξῆς ποιναί, ἥτοι, δι' ἕκαστον σύντροφον ὑπέρπυρα 4 κατὰ μῆνα, δι' ἕκαστον θωρακοφόρον ὑπέρπυρα 3, διὰ πᾶσαν ἔλλειψιν σιδηρῶν ὀπλῶν ὑπέρπυρον 1, δι' ἕκαστον ἵππον ὑπέρπυρα 4, δι' ἕκαστον ὑποζύγιον ὑπέρπυρα 3. Ἡ μὴ ἐπίδειξις τῶν ἐξοπλισμῶν συμφώνως πρὸς τὰς διαταγὰς τῆς Κυριαρχίας συνεπάγεται ποινὴν 10 ὑπερπύρων. Ἐπαφίεται δὲ εἰς τὸν δοῦκα καὶ συμβούλους Κρήτης ἢ εἰς τὴν πλειοψηφίαν αὐτῶν, νὰ ἐπιβάλωσι μεγαλυτέρας χρηματικὰς ποινάς, πλὴν τῶν ἀνωτέρω καθοριζομένων. 1344, Ἰουλίου 8.

- 7^{ον} Αἰτοῦνται ὅπως ἡ κυριαρχία τῆς Κρήτης μὴ δικαιούται νὰ ἀναλαμβάνῃ τὰς χρηματικὰς καταθέσεις τῶν ιδιωτῶν κατατεθειμένας εἰς τὸ ταμεῖον Κρήτης.

Ἀπαντᾶται, ὅτι αἱ καταθέσεις αὗται δὲν δύνανται νὰ θιγῶσι πλὴν ἐν περιπτώσει μεγάλης ἀνάγκης, ὑποχρεοῦνται ὁμως ὁ δούξ καὶ οἱ σύμβουλοι νὰ ἐπιστρέψωσιν ἐντὸς μηνὸς ὅσα ἔλαβον κατὰ τὸ παρελθὸν βεβαιοῦντες δι' ὅρκου των τὸ ποσόν. 1344, Ἰουλίου 8.

- 8^{ον} Αἰτοῦνται, ὅπως οἱ ἀγοράζοντες κτήματα καὶ τιμάρια μὴ ὑποχρεοῦνται νὰ καταθέτωσι τὰ χρήματα εἰς τὸ ταμεῖον τῆς κοινότητος, ἐὰν ἐντὸς μηνὸς συμφωνήσωσι μετὰ τοῦ πωλητοῦ.

Ἀπαντᾶται ὅτι οὐδεὶς νεωτερισμὸς ἢ μεταβολὴ θέλει γίνῃ. 1344, Ἰουλίου 8.

9ον Αἰτοῦνται ὅπως περιορισθῇ ἡ συνεισφορὰ τῶν τιμαριούχων Χανίων, ἥτις ἀνέρχεται εἰς ὑπέρπυρα 1.000 καὶ τῶν τιμαριούχων Ρεθύμνου, ἥτις ἀνέρχεται εἰς ὑπέρπυρα 400.

Ἀπαντᾶται ὅτι θέλει ἐφαρμοσθῇ ὅ,τι καὶ διὰ τοὺς τιμαριούχους Χάνδακος, ἥτοι ἐπὶ τῆς τροποποιήσεως τῶν χρεῶν καὶ τῆς συνεισφορᾶς ὑπερπύρων καὶ ποσοστῶν. Ὡσαύτως οὕτω θέλει ἐφαρμοσθῇ καθ' ὅλην τὴν νῆσον. 1344, Ἰουλίου 8.

Fo 37^{to} No 312. Millesimo trecentesimo XLIII. Indicione XII, die v Julij.

Expositis per nobilem uirum Alexium Cornario ambaxatorem feudatorum de Candida sic per sapientes concorditer consulunt respondendum et primo.

Ad capitulum primum ipsius ambaxate de recomendatione dictorum feudatorum et ad secundum de leticia suscepta de creatione domini nostri domini Ducis respondeatur cum illis pulcris uerbis que dominio uidebuntur.

Ad tercium capitulum per quod supplicant ipsi feudati quod circa modificationem debitorum et anichillationem penarum prouideat ducale dominium etc. uidetur sapientibus quod considerata stricta et debili condicione ad quam propter eorum debita aucta et multiplicata usuris et alijs penis illicitis et potissime propter guerram preteritam in qua suos redditus et prouentus omnes amiserunt, ipsi feudati sunt deducti, eorum possibilitas et facultas non sit tanti quod ad presens satisfacere plene possent creditoribus suis debita que tenentur. Et propterea intendentes in hac parte facere et prouidere quod sit consonum equitati et de quo utraque partium ualeat merito contentari prout in casibus similibus per hanc dominationem suorum fidelium oppressorum aduersitatibus subleuamen fieri consuevit; consulunt ser Johannes Bragadino et ser Bertucius Grimani sapientes quod ordinetur et statuatur decetero obseruari uidelicet; quod a tempore quo per dominationem tunc temporis in Creta factus fuit quidam ordo, ut eis rellatum est a sex annis citra uel circa, continens quod aliquod prode alicuius contracti seu instrumenti non posset ascendere ultra XII pro centenario in anno et in racione anni ad quem ordinem omnia instrumenta prius confecta renouata et reducta fuerunt usque ad kallendas mensis Maij proxime uenturi de MCCCXLV indicione XIII prode usura seu pena aliqua in aliquo instrumento sententia seu obligatione aposita et contenta ultra X pro C in anno et in racione anni remissis alijs duabus pro C non intelligatur cucurisse nec curat set omnes pene prode et dupla seu usure quomodocumque seu qualitercumque in ipsis instrumentis, sententijs seu obligationibus inserte remittantur et anichilentur et pro remissis et anichillatis habeantur in totum et de ipsis non fiat ratio alicui. Abinde uero termino in antea sic ordinetur et statuatur quod creditores dictorum pheudatorum de primo et puro proprio capitali et prode predicto X pro C in anno et in racione anni de toto tempore predicto elapso usque ad kallendas mensis Maij proxime

uenturi faciant unum solum capitale; de quo quidem capitali habere debeant cre-
ditores dictorum feudatorum a dicto termino kallendarum mensis Maij in antea
usque ad sex annos proxime subsequentes sextam partem tocus capitalis et prode 35
tocus debiti, quod prode sit VIII pro C in anno et in racione anni; et si aliqua
instrumenta confecta ante dictum ordinem XII pro C essent que non fuissent re-
ducta et rennouata intelligatur; quod sint ad condicionem X pro C usque ad dictas
kallendas mensis Maij et ab inde in antea ad VIII pro C ut est dictum, non intel-
ligendo in huiusmodi solucionibus fiendis per terminos supradictos debita de 40
mercimonijs, nec debita stationum, nec debita uiduarum, pupillorum, pupillarum,
orfanorum et orfanarum et eciam feminarum pro suo maritare, que omnia debita
et mercata tam predicta exceptata, quam alia superius nominata intelligantur
semper debita et mercata contracta honeste. Et propterea scribatur et commit-
tatur duche et consiliarijs Crete presentibus et futuris, quod si eis uideretur uel 45
maiori parti ipsorum quod dicta mercata siue debita essent contracta minus quam
honeste, quod sit in libertate maioris partis eorum mittigandi, reducendi et faci-
endi dicta debita siue mercata, sicut maiori parti ipsorum uidebitur pro honore
ducalis dominij habentibus ipsis semper ante ipsorum oculos deum. Et si posi-
bilitas debitorum dictorum exceptatorum non esset tanta quod integraliter sol- 50
uere possent dictis exceptatis et alijs creditoribus sua debita que tenentur, tunc
ducha et consiliarij teneantur et debeant facere extimari possessiones et bona
mobilia et immobilia, huiusmodi debitorum per soldum et per libram et prima
facie solent facere uendi tantum de bonis dictorum debitorum quantum tangeret
exceptatos predictos per soldum et per libram et soluere eisdem partem suam 55
tangente. De parte uero aliorum bonorum tangente per soldum et per libram
alios creditores solui faciant per terminos supradictos et de residuo debiti dicto-
rum exceptatorum soluatur per terminos supradictos de alijs debitis cum prode
solummodo VIII pro C. sicut dictum est de alijs debitis. Et ut dicti feudati dispo-
nantur melius ad obseruationem predictorum iniungatur in commissione duche et 60
consiliariorum Crete presentibus et futuris quod quocienscumque sibi facta fuerit
querella de aliquo feudato, qui negligens esset ad soluendum in terminum cre-
ditori seu creditoribus suis, tunc teneantur immediate dicti ducha et consiliarij
ad petitionem creditorum procedere contra talem, seu tales non curantes soluere
et satisfacere sicut deberet seu deberent realiter et personaliter intromittendo 65
primo tantum de bonis mobilibus dicti feudati quantum caperet id quod pro illo
termino teneretur et si mobilia non sufficerent ad satisfactionem debiti faciant
intromitti immobilia. Et si bona ipsius mobilia et immobilia non sufficerent ad
satisfacionem debiti supradicti personaliter in carcere detineatur, de quo non



- 70 exeat nec possit exire nisi primo satisfecerit integre quod debebit uel non esset
in concordia cum creditoribus suis. Et sic respondeatur dicto ambaxatori et scri-
batur duche et consiliarijs presentibus et futuris quod sic faciant ab omnibus
inuiolabiliter obseruari. Et quia cupimus equalitate omnes pertractari, lex ista non
75 feudatos, qui in huiusmodi debitis existerent debitores, in quibus obseruentur
omnia supradicta sicut dictum est de feudatis, non intelligendo quod propter dicta
debita dos aliqua impediri possit. Et si appareret aliquod debitum contractum
pure et sine aliqua utilitate et prode dicte prouisiones non extendantur ad ipsum,
nec eciam ad dimissiones testamenti, set remaneat in libertate duche et consi-
80 liarijs, seu maioris partis eorum de tenendo illum modum in eis qui bonus eis
uidebitur. 19 — 23 — 16 — 10.

Nº 313. Capta. Quod fiat in totum et per totum ut supra. Saluo quod ubi
dicunt quod habeant terminum soluendi debita sua sex annorum, uult quod
habeant terminum septem annorum soluendo quolibet anno prode VIII pro cente-
85 nario et septimam partem capitalis. 36 — 35 — 38 — 44.

Non 18. Non sinceri 15 — 29 — 38 — 33.

Nº 314. Capta. Quia modis omnibus conuenit quibus potest quod debitores
predicti satisfaciant suis creditoribus debita que tenentur; consulit ser Bertucius
Grimani quod si predicti debitores contraherent aliqua debita siue mercata de
90 nouo, et eorum possibilitas non esset tanti quod integre possent satisfacere debi-
tis ueteribus et nouis, quod debitis nouis numquam satisfiat donec ueteribus erit
integraliter satisfactum, set si uero haberent tantum quod integre satisfacere pos-
sent debitis ueteribus et nouis, scribatur duche et consiliarijs presentibus et futu-
ris quod faciant primo et principaliter satisfacere debitis ueteribus et nunquam
95 satisfiat ut est dictum debitis nouis, nisi primo et integraliter satisfactum fuerit
debitis ueteribus antedictis uel non essent in concordia cum creditoribus suis.
Et sic teneantur statim acceptis hijs partibus dicti ducha et consiliarij publice
hoc facere proclamari et eciam quolibet medio anno. 77 — de non 4 — non sinceri 6.

Fº 38º Nº 316. Millesimo trecentesimo XLIII, die VIII Julij.

100 Capta. Quod capitulum ambaxatoris Crete super facto debitorum quod fuit
diffinitum pridie, emendetur ibi in principio ubi dicitur, habuimus per relacionem
ambaxatorum dicatur habuimus tacente ambaxatore. Omnes de parte.

Nº 318. Capta. Ad quartum capitulum continens oblationem yperperorum VI
millium contribuendorum annuatim pro armata ordinata per ducale dominium con-
105 tra Turchos; uidetur sapientibus quod consideratis magnis expensis quas nostrum
dominium pro dicta armata supportat, considerato eciam quod ex dicta armata

non solum pheudati Candide set eciam omnes generaliter de insula Crete maximam recipiunt securitatem quod dicta oblacio sit penitus admittenda, et propterea consulunt quod eorum oblacio acceptetur scribendo duche et consiliarijs Crete quod pecuniam tangentem pheudatos Candide per getum suarum caualariarum 110 que est yperpera tria milia et pecuniam tangentem burgenses et habitatores ciuitatis et burgi et judeos, que est yperpera MD cum integritate excuti faciant sicut eis melius apparebit ordinantes et deputantes tres uel quinque personas bonas et sufficientes sicut uidebitur dictis duche et consiliarijs, que illam impositionem quam duxerint facienda faciant et imponant sic rationabiliter equaliter et juste, 115 quod nullus causam hebeat conquerendi et quod aliquis ultra debitum et conueniens non grauetur incipiendo facere fieri impositionem predictam in festo sancti Michaelis de mense Septembris proxime uenturi et sic omni anno in festo predicto qua collecta faciant et disponant de ipsa, prout per dominacionem ducalem sibi fuerit ordinatum. De alijs yperperis MD imponendis et exigendis ab habitatoribus extra ciuitatem per casalia scribatur predictis duche et consiliarijs quod si eis uidebitur pro bono et honore nostro et conseruatione insule imponere et 120 exigi facere dicta yperpera MD totum uel partem ipsorum aut nichil id faciant. Et respondeatur dictis feudatis quod clare cognouimus fidelitatem et deuocionem quam habent ad nostrum dominium in imponendo nobis manum adiutricem ad 125 istud sanctum opus et immo eorum oblacionem duximus benignius affectandum intendentes nunc et in futurum ad quemcumque respiciant statum et conseruationem eorundem cum alijs pulcris uerbis que dominio uidebuntur. Ad factum uero oblacionis militum et peditum quam dicti feudati offerunt ponere si quo casu hec dominacio ducalis intenderet ne contra Turchos etc. uidetur sapientibus 130 quod respondeatur dicto ambaxatori quod in casu predicto dominacio ducalis prouideret sicut ei uideretur esse justum circa oblacionem predictam.

De parte 68. De non 3 non sincere 3.

F^o 39^r N^o 319. Millesimo trecentesimo XLIII, VIII Julij.

Capta. Ad quintum capitulum per quod petunt quod pheudati si confessi 135 fuerint debitum et sponte sentenciari uoluerint penam non incidant caratorum etc. uidetur sapientibus quod si ad presens nouitas aliqua fieret in facto dictorum caratorum illis iudicibus et aduocatis qui nunc sunt ibi et erunt usque ad kallendas mensis Maij proxime uenturi de MCCCXLV credentes esse cum lucro et conditionibus consuetis fieret obliquum et propterea consulunt sapientes quod usque 140 ad dictas kallendas mensis Maij de MCCCXLV nouitas aliqua non fiat in facto dictorum caratorum. Uerum a dicto termino kallendarum mensis Maij in antea sic debeat obseruari tamquam res continens in se omnimodum equitatem uide-

- licet quod omnes tam feudati quam non feudati citati ad iudicium, qui primo
 145 antequam incipiant placitare confessi fuerint debitum et sponte sententiari uolue-
 rint non incurant penam aliquam caratorum de illa quantitate debiti quam con-
 fessi fuerint ut est dictum. Qui uero contradixerint et conuicti fuerint uel si
 absentes sententiati fuerint penam solitam caratorum emendent. Et sententie date
 uel dande contra feudatos Candide, tam contra illos, qui sententiari uoluerint, qui
 150 penam aliquam non incurant caratorum quam contra illos qui sententiari nolue-
 rint, qui propterea incidunt penam caratorum, mandentur executioni modo et
 ordine infrascriptis uidelicet quod duca presens et qui per tempora fuerit tenea-
 tur et debeat dictas sententias executioni mandare in bonis mobilibus feudatorum
 usque ad unum mensem a die quo sibi fuerint presentate uel ante quam cicius
 155 poterit preter quam in eorum equis et armis que tenentur pro uarnitionem feu-
 dorum, quia sic ad seruicium dominacionis obligata sunt. Et si mobilia non suf-
 ficerent ad huiusmodi sententiarum solucionem, tunc statim duca cum suo consilio
 teneatur stridari facere bona immobilia debitoris et ea bona uel quantum sit sufi-
 ciens ad satisfacionem debiti uendi facere a die quo stridata fuerint usque ad
 160 terminum qui per usum obseruatur deinde, quibus uenditis solui faciant quam
 cicius poterunt creditori. Uerum si bona mobilia et immobilia non fuerint ad
 satisfacionem sententiarum sufficientia tunc intronitti et uendi faciant equos et
 arma huiusmodi debitoris et creditori debitum facere solui et detineri personam
 eius remanente nichilominus firma lege que uniuersaliter de consuetudine obser-
 165 uatur in executione sententiarum que eantur contra alios qui non sunt feudati.

De parte 67 non 3 non sinceri 3.

- Nº 320. Capta. Ad VI capitulum de penis disuarnitionum feudorum quas sup-
 plicant reduci ad statum in quo eas reperierunt nobilis uir Andreas Cornario
 olim duca et sui consiliarij etc. uidetur sapientibus quod dictus ser Andreas duca
 170 causam legiptimam habuit in faciendo quod fecit et bene fecit, quia tunc con-
 dicio insule propter rebellionem requirebat ut feudati pro resistendo et obuindo
 inimicis suam integram uarnitionem haberent. Set quia cessante causa cesset
 effectus sic consulunt quod quicunque non curans tenere et ostendere suam inte-
 gram uarnitionem quod sicut cadebat ante ordinem quem fecit dictus ser Andreas
 175 pro socio yperpera 3, ita de cetero incurrat yperpera 4 pro mense et pro scutifero
 yperpera II $\frac{1}{2}$ sic soluat de cetero yperpera III et pro armis de ferro libras XVI
 sic de cetero cadat ad penam yperperum I et pro equo yperpera III sic soluat yper-
 pera IIII et pro roncino yperpera II sic de cetero incurrat yperpera III. Et quociens-
 cumque non monstrabit suam uarnitionem secundum preceptum dominationis de
 180 Creta incurrat in penam yperperorum. x. Et ultra hoc sit in libertate duche et con-

siliariorum Crete seu maioris partis eorum ponendi maiores penas in illa quantitate pecunie que eis uidebitur pro obseruatione predictorum et ipsas excuti facere ultra penas supradictas.

Non 4, non sinceri 2, reliqui de parte.

F^o 31^{to}

N^o 321. Millesimo trecentesimo XLIII, die VIII Julij.

185

Super capitulo per quod suplicant ipsi pheudati quod dominatio Crete non possit ponere manum in pecunijs depositorum specialium personarum, que sunt et erunt de cetero in camera communis Crete; uidetur sapientibus quod hoc sit rationabile atque justum. Et propterea consulunt quod inhibeatur expresse duche et consiliarijs Crete presentibus et futuris, et sic in eorum commissionibus iniungatur quod sub debito sacramenti quo sunt astricti non possunt ponere manum in dictis depositis modo aliquo uel ingenio. Et si tempore aliquo pro aliquo casu indigerent aliqua quantitate pecunie scient bene inuenire modos in recuperando pecuniam in casu quolibet occurrente. De parte 21. 190

N^o 322. Capta. Quod dicta deposita non possint moueri, ut dicunt sapientes addendo, saluo in casu necessitatis manifeste in quo casu possint accipere, si aliunde sibi subuenire non possent, ita quod ista sit ultima subuentio non occurrente debitori pena aliqua uel lucro pro eis, cum condicione, quod infra unum mensem ducha et consiliarij teneantur per sacramentum restituere quod acceperint omni occasione remota. De parte 47, non 4, non sinceri 2. 195 200

N^o 323. Capta. Ad capitulum per quod supplicant ipsi feudati quod ementes possessiones et feuda non sint astricti deponere pecuniam in camera communis si infra mensem unum concordēs fuerint cum uenditore etc; consulunt sapientes quod nulla nouitas siue mutatio fiat, set obseruari debeat per omnia, ut nunc obseruatur. 205

Omnes de parte, non 0, non sinceri 1.

N^o 324. Capta. Super ultimo capitulo in quo fit mentio de oblacione facta per feudatos Canee que est yperpera M et super litteris de oblacione feudatorum Rethimi que est yperpera IIII centum; consulunt sapientes quod simili modo fiat de ipsis in omnibus et per omnia ut dictum est et captum est de feudatis Candide uidelicet super modificatione debitorum et oblacione yperperorum et caratorum et sic eciam obseruetur per totam insulam Crete. 210

De parte 61, de non 1, non sinceri 8.

N^o 325. Nota quod facte fuerunt litere de partibus predictis duche et consiliarijs Crete, uniuersitati feudatorum Candide, rectori Canee, uniuersitati feudatorum Canee, rectori Rethimi et uniuersitati Rethimi et rectori Sithie. 215